

§. 4. Placet rationalis Concilii tenore perpenso, distri-
cta moderatione prescribere, à quibus specialiter necessita-
tibus singularum urbium Ecclesie habeantur immunes. Pri-
ma quippe illius usurpationis contumelia depellenda est, ne
prædia ubi Celestium feceruntur dedicata, fordidorum
munerum hæc vexentur; nil extraordinarium abhinc, su-
perinductumve flagitetur; nulla translationis sollicitudo
figentur; postremo nihil præter Canonice illationem, si
nisi quam adventitiae necessitatis sarcina repentina popose-
tionis, eius functionibus ascribatur. Si quis contraverit;
post debite ultionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos pro-
menda est, exilio deportationis perpetuo subdatur.
CORR. ROM. In codice Justiniani hæc Lex ipsi
Justiniano tribuitur, non Leoni.
Meruisse. In Codice Justiniani legitur, *meruisse* &
vos, & mancipia, &c. In Theodosiano, *meruisse perbi-
benini & vos, & mancipia, &c.*
Nationem. In vulgatis codicibus sequebatur, *nisi
quam si adventitia.* In Codice Justiniani vulgato legitur,
et quam adventitia. In manuscripto, & Haloandri non
est copula. In Codice Theodosiano, *quod adventitia.* In
plerisque vetustis Gratiani, *præterquam adventitia.* Di-
ctio verò, si, abest ab omnibus, & ideo inducta.

GRATIAN. Hoc idem datur intelligi de verbis B. Silvestri, qui obe-
dientiam Minorum ega Majores assignans, ait [Abbas
Oltiario, Monachus Abbati sit subditus.] supra b in tract.
Ordinandorum. Ostendit ergo Hieronymus, quod simpli-
citer Monachis nihil liceat agere sine consilio Presbytero-
rum. Nec officium docendi sibi assumere liceat sine auto-
ritate Clericorum, nisi forte sint divina gratia intus com-
moniti: sicut Beatus Gregorius refert in Dialogo de Beato
Benedicto: qui homines Montis Cassini ad hædem addu-
xit, & aram Apollinis, quæ erat ibi erecta, subvertit: &
de quodam Equito, cui Angelus in somnis apparuit, &
eum ad prædicandum misit: qui cum de vicio lingue con-
quereretur, Angelus phlebotomo linguam ejus tetigit, &
totum illud vitium curavit. §. 1. Quod verò Hierony-
mus seipsum talibus connumerat; tale est, quæ illud
Apollini ad Philippenses. *Quicumque imperfecti si-
mus, hoc sentiamus: seipsum imperfectis connumerans.*
Hinc idem Hieronymus alibi ait. [Natus in paupere do-
mo, & tugurio rusticano.] & infra [Nos suffraginati au-
ro.] se famelicum fastidientibus mella, pauperem diviti-
bus connumerans, supra ubi agit de Clericis, qui pro-
pria relinquere nolunt, *e gloria Episcopi.* §. 2. Ecce
sufficiens monstratum est, quod Monachis Presbyteri ho-
nore decoratis, à populo electis, ab Episcopo institutis ea-
dem liceant, quæ & aliis Sacerdotibus. Probatur hoc etiam
ex similitudine consecrationis. Non enim in consecratio-
ne eorum aliud dicitur, & aliud in consecratione aliorum.
Utrique enim in commune à Domino benedictionem infun-
di di Episcopus obnixè deposit. Et dum consecrat, cunctis
Sacerdotibus sigillatim dicit [Consecratur, & sanctificen-
tur, Domine, manus istæ, ut quidquid consecraverint,
consecratum sit, & quacumque benedixerint, benedicta
sint.] Ecce communis est benedictio: unde igitur divortium?
Sicut ergo in benedictione utriusque communem nanciscen-
tur potestatem; ita in institutione communiter assequuntur
potestatis executionem. §. 3. Ceterum absque Episcopo-
rum licentia non solum Monachis, sed etiam omnibus ge-
neraliter Clericis potestatis executio interdicitur. Unde

XLI. CLEMENS I. Epist. 3. [c. an. 68. Ro-
mæ ad omnes Episcopos, &c.]
*Sacerdotalia sine permissu Episcoporum non agant
Presbyteri.*

Unctis fidelibus, & summo opere omnibus Presbyteris, &
Diaconis, & reliquis Clericis attendendum est, ut nihil
absque Episcopi proprii licentia agant: non utique Missas sine
ejus jussu quilibet Presbyterorum in sua parochia agat: non
baptizet; nec quidquam absque ejus permissu faciat.

GRATIAN. De his verò, qui intra Monasterii claustra consistunt,
quibus populus ad regendum non committitur, quaritur,
utrum dare, vel accipere decimas debeant. In quibus hæc
discretio servanda est, ut de agris & vineis, quæ ad pro-
prium stipendium coluntur, decimas sibi retineant. Si enim
decimæ à populo filiis Levi reddebantur pro ministerio, quo
Domino deserviebant in tabernaculo, offerendo sacrificia,
& holocausta pro populo; patet quod Monachi de propriis
prædiis non magis, quam alii Sacerdotes decimas solvere
coguntur. §. 1. Sed dicitur, quod prædia Monachorum
sive pretio sint emptia, sive pro salute animarum oblata, an-
tequam in jus eorum venirent, baptismalibus Ecclesiis, sive
quibuslibet aliis primitiis, & decimas persolvebant: illæ
autem Ecclesie suo jure privari non possunt. Unde ita-
tutum invenitur

XLIII. IN MOGUNTINENSI CONCI-
LIO. [imò apud Confluentiam an. 922. in
Germania.]

Qui res suas alicui delegaverit, decimationem proventum
priori Ecclesie auferre non poterit.
§. 1. Quis Laicus, vel Clericus, vel utriusque sexus per-
sona proprietatis suæ loca, vel res alicubi dare delega-
verit; decimationem proventum priori Ecclesie legitimè

assignatum inde abstrahere nullam habeat potestatem. Quod
si facere tentaverit; talis traditio irrita prorsus datur, &
ipse ad emendationem Ecclesiæ coercetur censura.

XLIII. Item EX CONCILIO CABILO-
NENSI. [an. 813. in Gallia.]
*Antiquiores Ecclesie nec decimis, nec ulla possessione
priventur.*

Ecclesie antiquitas constituta, nec decimis, nec ulla pos-
sessione priventur; ita ut novis Oratoriis tribuantur.

XLIV. Item EX CONCILIO VORMACIENSI. [imò
ex Capit. ad Salz. an. 804. in Germania.]
*Antiquiores Ecclesie propter novas justitiam suam non
perdant.*

Quicumque voluerit in sua proprietate Ecclesiam ædifi-
care, & contentum, & voluntatem Episcopi habuerit,
in cuius parochia est; licitum fit. Verumtamen omnino
providendum est Episcopo, ut alie Ecclesie antiquiores
propter novas suam justitiam, aut decimam non perdant;
sed semper ad antiquiores Ecclesias persolvatur.

CORR. ROM. Burchardus etiam, & Ivo citant ex
Concilio Vormaciensi, c. 6. quo loco in eo, quod extat,
habetur aliquid ad hanc rem faciens.

DECIMAS autem baptismalibus Ecclesiis persolvendas
affirmat dicens

XLV. LEO Papa IV. [fortè c. an. 850.
Roma.]
Baptismalibus Ecclesiis decimæ dari debent.

DE decimis justo ordine non tantum nobis, sed etiam
Majoribus nostris vitium est plebibus tantum, ubi fa-
cro sancta Baptismata dantur, debere dari.
CORR. ROM. Ivo ferè eadem citat ex Gelafo: sed
Anselmus & Polycarpus ex Leone, ut Gratianus.
PITH. 23. [Episcopi Britannia.]
Noftris.] Abest à V. C. vide Centur. rom. 8. p. 583.

Si ergo nulli licet decimationem proventum à priori
Ecclesia, cui assignatus fuerat, abstrahere, si jus antiquo-
ris Ecclesie novis tribuendum non est, si decimæ tantum-
modo baptismalibus Ecclesiis dandæ sunt: patet, quod
Monachi ex propriis prædiis decimas dare coguntur. Sed
& illa autoritas Moguntinensis Concilii de venditore, vel
donatore loquitur, definitens, quod ille, qui vendit, aut
donat, non potest proventum decimationum illi Ecclesie
detrahere, cui prius legitime fuerat assignatus. Monachi
autem decimas, & primitias non auctoritate vendentis, vel
donantis, sed auctoritate ejusdem Concilii, & Paschalis Pa-
pæ detinent: à quibus definitum est, ut Monachi de Prop-
riis prædiis decimas non solvant. Sic enim statutum est

XLVI. IN MOGUNTINENSI CONCI-
LIO. [imò Cabilonensi an. 813. in
Gallia.]

Non persolvant de propriis prædiis Abbates, & Episcopi
decimas.

Questi sunt præterea quidam Fratres, quod essent ali-
qui Episcopi, & Abbates, qui decimas non siverent dari
ad Ecclesiam, ubi illorum Coloni Missas audirent. Proin-
de decrevit facer iste conventum, ut Episcopi, & Abba-
tes de agris & vineis, quæ ad suum, vel Fratrum stipen-
dium habent, decimas ad Ecclesias suas a deserti faciant:
familia verò eorum ibi dent decimas suas, ubi infantes
eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum Mis-
sas audiant.

CORR. ROM. Caput hoc in nullo Concilio Mo-
guntino, quod extat, habetur, sed in Cabilonensi, unde
citant Burchardus & Ivo. In libro Vaticanæ Bibliothecæ,
in quo sunt duo Concilia Urbani II. Placentinum, & Mel-
phientè, hæc etiam leguntur: *Perlatum est ad sanctam
Synodum, quod sint quidam Episcopi, & Abbates, qui
Colonos ad se pertinentes non suant decimas dare ad Eccle-
sias, ubi Missas audirent, & infantes eorum baptizantur.*
Proinde decrevit facer iste conventum, ut Episcopi, &
Abbates de vineis, vel agris, ac frugibus, quæ ad suum,
vel Fratrum usum laborant, decimas sibi pro benedictione,
vel hospitium susceptione habeant: familie verò ibi dent
decimas suas, ubi per totum anni circulum Missas audiant,
& infantes eorum baptizantur.
Sua. Vox ista abest ab ipso Concilio, & ceteris Col-
lectoribus. Sunt etiam nonnullæ alie varietates, quæ in-
dicatæ sunt in margine.

XLVII. Item PASCHALIS II. [c. an. 1110.
Roma.]

De propriis laboribus Monachi, & Canonici decimas mi-
nime solvere cogantur.

DECIMAS à populo Sacerdotibus, ac Levitis esse red-
dendas divine Legis fœnit autoritas. Ceterum à Mo-
nachis, sive Clericis communiter viventibus nulla ratio finit
ut milites, aut Episcopi, aut personæ quolibet decimas de
laboribus, seu nutrimentis suis propriis extorquebent. De-
bent. Unde Beatus Gregorius sic ait [Communium vitam viventibus
jam de faciendis portionibus, vel exhibenda hospitalitate, &
adimplenda misericordia nobis quid erit loquendum? cum

Arel. III. c. 20.
Capitul. l. 2. c. 36.
Mogunt. III. sub Arnul-
pho, c. 22. &
sub Carolo, c. 41. & in
Remensi
Trasleiano.
Denksedit,
Burch. l. 3. c. 9.
Ivo, p. 3. c. 12.
Burch. l. 3. c. 7.
Ivo, p. 3. c. 9.

GRATIAN. c. 108.
Polyc. l. 3. tit. 30.
PITH. 23.
Ivo, p. 3. c. 151.
GRATIAN. c. 108.
Polyc. l. 3. tit. 30.
Ivo, p. 3. c. 151.
GRATIAN. c. 108.
Polyc. l. 3. tit. 30.
Ivo, p. 3. c. 151.

GRATIAN. c. 108.
Polyc. l. 3. tit. 30.
Ivo, p. 3. c. 151.
GRATIAN. c. 108.
Polyc. l. 3. tit. 30.
Ivo, p. 3. c. 151.

GRATIAN. c. 108.
Polyc. l. 3. tit. 30.
Ivo, p. 3. c. 151.
GRATIAN. c. 108.
Polyc. l. 3. tit. 30.
Ivo, p. 3. c. 151.

GRATIAN. c. 108.
Polyc. l. 3. tit. 30.
Ivo, p. 3. c. 151.
GRATIAN. c. 108.
Polyc. l. 3. tit. 30.
Ivo, p. 3. c. 151.

GRATIAN. c. 108.
Polyc. l. 3. tit. 30.
Ivo, p. 3. c. 151.
GRATIAN. c. 108.
Polyc. l. 3. tit. 30.
Ivo, p. 3. c. 151.

omne, quod superest, in causis piis ac religiosis erogandum
fit, dicente Domino: *quod superest, date elemosynam:*
Ecce omnia munda sunt vobis.

GRATIAN. Quod autem dicitur, quod antiquiores Ecclesie propter
5. Pars. novas, nec decimis, nec ulla possessione priventur; non
ita intelligendum est, ut nullo modo credatur licere Epi-
scopo aliquam partem possessionum, vel decimationum unius
Ecclesie, alteri pro tempore tribuere. Sicut enim Papa
duos Episcopos in unum potest redigere; ita & unus pro-
prio consentiente Episcopo in duos potest dividi, vel etiam
Metropolitano invito qualibet Ecclesia ab ejus jurisdic-
tione, Apostolica eximii autoritate. Unde scribit

XLVIII. GREGORIUS Papa I. Benenato
in Campaniam.]
*Duos Episcopatus in unum redigere Apostolica potest au-
toritas.*

Temporis qualitas, & vicinitas nos locorum invitat,
ut Cumanam, atque Misenam, ut nullo modo credatur licere Epi-
scopis: quoniam nec longo itineris spatio à se junctæ sunt,
nec (peccatis facientibus) tanta populi multitudo est, ut sin-
gulos, sicut olim fuit, habere debeant Sacerdotes. Quia
igitur Cumanæ Castri Sacerdos cursum vite hujus explevit;
utraq; nos Ecclesias præsentis autoritatis paginâ unisse
tibiq; commississe cognosce: propriumque utrumque Ec-
clesiarum scito te esse Pontificem. Re ideo te, quæcumque
tibi de earum patrimonio, vel Cleri ordinatione, sive pro-
motione, juxta Canonum statuta via fuerint ordinare, atque
disponere, habebis ut proprius reverè Sacerdos liberam
ex nostræ autoritatis consensu, atque permissione licentiam.
Ubi verò commodius, atque utilius esse perpexeris,
ibi habitato: ita sanè, ut alteram Ecclesiam, cui corpora-
liter præfens non es, sollicitè providentique curâ dispo-
nas: quatenus Divina illic mysteria solenniter auxiliante
Domino peragantur.

CORR. ROM. Misenam. Sic emendatum est ex
vetusto codice B. Gregorii: quævis in vulgatis, sicut etiam
apud Gratianum, est, *Misenaan.*

XLIX. IDEM Joanni Episcopo Veliterno, lib. 2.
Epist. 35. [an. 592. Romæ in Campaniam.]
*Duos Episcopatus in unum redigere Apostolica valet
auctoritas.*

Postquam hostilis impietas diversarum civitatum ita (pec-
catis facientibus) desolavit Ecclesias, ut reparandi eas,
spes nulla, populo deficiente, remanserit; majori valde
cura contringimur, ne defunctis earum Sacerdotibus, reli-
quie plebis nullo Pastoris moderamine gubernatæ: per in-
vidiam fidei hostis callidi rapiantur (quod abest) infidias. Hu-
jus ergo rei sollicitudine sepe commotus, hoc nostro fedit
cordi consilium, ut vicinis eas mandarem Pontificibus
gubernandas. Ideoque Fraternitati tuæ curam, gubernationem-
que Triumtabernensium Ecclesie providimus com-
mittendam: quam tuæ Ecclesie aggregari, unitive necesse
est: quatenus utrumque Ecclesiarum Sacerdos rectè, Chris-
to adiutore, possit existere: quæque tibi de ejus patrimo-
nio vel Cleri ordinatione, seu promotione vigilanti, ac Canoni-
cè visa fuerint curâ præsentare: quippe ut Pontifex proprius
liberam habeas ex disponenti potestatem permissionem licentiam.

CORR. ROM. Triumtabernensium. In vulgatis le-
gebat, *Treverensum.* Emendatum est ex aliquot vetustis,
& originali, & Joanne Diacono. Nam, ut is testatur, hæc
Epistola scripta est Joanni Episcopo Veliterno. Oppidum
autem Triumtabernarum Velitris vicinum est.

L. Item EX CONCILIO CARTHAGINENSI II.
c. 5. [an. 390. in Africa.]
*Non habeant Episcopum Diocesem, quæ nunquam ha-
buerunt.*

Burch. l. 1. c. 37.
al. acceptum.
Felix Episcopus Selemlitanus dixit: Etiam si hoc pla-
cet, Sanctitati vestre insinuo, ut diceceses, quæ num-
quam Episcopos habuerunt, non habeant; & illa diceceses,
quæ aliquando habuit, habeat proprium. Secundum
autem hanc professionem si Sanctitas vestra æstimet, quid
fieri debeat. Ab universis dictum est, Placet.

CORR. ROM. Proprium. In Concilio sequuntur
hæc: *Et si accedente tempore, crescente fide Dei, populus
multiplicatus desideraverit proprium habere Redorem;
ejus videlicet voluntate, in cuius potestate est dicecesis con-
stitutæ, habeat Episcopum.*
Professionem. Emendatus est hic locus ex originali
impresso, & manuscripto. Nam antea legebatur, *Secun-
dum hanc professionem, Sanctitatis vestra est æstimare.*

LI. Item EX AFRICANO CONCILIO,
c. 20. [an. 424. ibid.]

Nisi cum voluntate Episcopi diceceses, quæ ab eo retinen-
tur, non recipiant proprios Episcopos.
MUltis Conciliis hoc statutum est à cœtu Sacerdotali,
ut plebes, quæ in Dicecesibus ab Episcopis retinentur,
quæ Episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum volun-
tate ejus Episcopi, à quo tenentur, propriis accipiant Red-
tores. [CORR. ROM. & Redores.] In Concilio Africano, &
Carthaginensi sequitur, *id est, Episcopos: quod additur
etiam in Glossa.*

GRATIAN. c. 125.
Polyc. l. 1. tit. 7.
al. Justinia-
næ urbis.
Ivo, p. 4. c. 205.
GRATIAN. c. 125.
Polyc. l. 1. tit. 7.
al. Justinia-
næ urbis.
Ivo, p. 4. c. 205.
GRATIAN. c. 125.
Polyc. l. 1. tit. 7.
al. Justinia-
næ urbis.
Ivo, p. 4. c. 205.

tate ejus Episcopi, à quo tenentur, propriis accipiant Red-
tores. [CORR. ROM. & Redores.] In Concilio Africano, &
Carthaginensi sequitur, *id est, Episcopos: quod additur
etiam in Glossa.*

LII. Item GREGORIUS I. Joanni Episcopo
Larissæ, lib. 2. Indict. 11. Epist. 7. seu
cap. 46. [an. 592. Romæ in Thessaliam.]

Apostolica auctoritas à jurisdictione Archiepiscopi Episco-
pos valet eximere.

Rater noster Hadrianus Thebanæ civitatis Episcopus ad
Romanam urbem veniens, lacrymabiliter est conquestus,
de quibusdam capitulis se à Fraternitate tua, nec non à
Joanne primæ Justinianæ Episcopo non legitime, neque
canonicè condemnatum. Insuper, §. 1. De nequissimo
autem, damnandoque ejus judicio alius sumus, juvante
Domino, tractaturi. Hadrianum verò Episcopum reperimus,
& tuo contra Sacerdotes mores odio laborasse, &
nullo jure pecuniariis in causis eum Fraternitatis tuæ, nec
condemnatum fuisse sententiâ. §. 2. Quia igitur & ab ante-
fato Joanne primæ Justinianæ Episcopo contra Jus, Cano-
nicè depolitus, honoris sui gradu carere non potuit; in
sua eum reformari Ecclesia, atque in propriæ dignitatis or-
dinem decrevimus revocari. Et cum oportuisset te ex eo
Dominici corporis communione privari, quod admonitionem
sanctæ memoriæ Decefforis nostri contempnisti (per quam eum,
Ecclesiæque ejus de tuæ jurisdictione potestatis exemisti)
rursus in eis aliquid tibi jurisdictionis servare præsumps-
eris; tamen nos humanius decernentes, communionisque
tibi sacramentum interim conservantes, decernimus, ut Frater-
nitatis tua ab eo, Ecclesiæque ejus omnem antè habite
suæ potestatem jurisdictionis abstineat: & secundum scripta
Decefforis nostri, si qua causa vel fidei, vel criminis, vel
pecuniaria adversus præfatum Hadrianum Confacerdotem
nostrum potuerit evenire; vel per eos, qui nostri sunt,
vel fuerint in urbe Regia Responsales, si medicis est quæ-
stio, cognoscatur: vel huc ad Apostolicam Sedem, si ardua
est, deducatur: quatenus nostræ Audientie sententiâ deci-
datur. Quod si contra hæc, quæ statutum, quolibet
tempore, seu qualibet occasione, vel surreptione venire
tentaveris; sacræ scias te communionem privatum: nec eam
te, excepto ultimo vite tuæ tempore, nisi concessâ Romani
Pontificis decernimus iustione percipere. Et paulo post.

§. 3. Res autem siue sacras, siue alia mobilia, immo-
bilibusque ejus Ecclesie, quas hæctenus diceris retinere (qua-
rum notitiam nobis oblatam præfentibus annectimus literis)
sine aliqua ei dilacione Fraternitas tua restituat. De quibus
si qua inter vos quæstio vertitur; volumus, ut apud Respon-
salem nostrum in urbe Regia ventiletur.

CORR. ROM. & Percipere. Hic in Epistola interji-
citur cap. hæc consona, infra, xxv. q. 1.

Si autem necdum in Dicecesi alicujus Episcopi illa loca
assignata fuerint, ex vigore Apostolicæ Sedis proprium Epi-
scopum accipiant. Unde scribit

LIII. GREGORIUS JUNIOR Bonifacio Epi-
scopo, Epist. ult. [imò Gregor. III. an. 738.
Romæ in Germaniam.]

Ubi multitudo Fidelium excrevit, ibi Episcopi sunt
ordinandi.

Præcipimus, ut juxta sacrorum Canonum statuta, ubi
multitudo excrevit Fidelium, ex vigore Apostolicæ Sedis
debeat ordinare Episcopos: pia tamen contemplatione, ut
non vilescat dignitas Episcopatus.

PITH. 25. Præcipimus. Vide Naulerum p. 650.

Sicut duo Episcopatus supra scripto modo in unum pos-
sunt redigi, & unus in duos valet dividi; sic etiam Epi-
scopus de baptismalibus, & Parochianis Ecclesiis facere po-
test cum consensu suorum Clericorum. Quod cum factum
fuerit; illa pars populi, quæ novis Ecclesiis supponitur, à
jure prioris Ecclesie absolvitur. Hoc nisi fieri posset, mul-
titudo Ecclesiarum ad paucitatem redigeretur. Plures au-
tem baptismales Ecclesie in una terminatione facere non
potest. Unde legitur

LIV. IN TOLETANO CONCILIO. [fortè
Aquiligran. c. an. 819. in Gallia.]
*In una terminatione plures baptismales Ecclesie esse
non possunt.*

Plures baptismales Ecclesie in una terminatione esse non
possunt: sed una tantummodo cum suis Capellis. Et si
contentio fuerit de terminatione duarum matricum; ple-
bes utrumque discernant: & si non convenerint, his Dei
judicio discernatur.

CORR. ROM. Caput hoc in nullo Toletano est in-
ventum. Burchardus & Ivo citant ex Concilio Aquiligran-
nensi.

Jus ergo Ecclesiarum ita interpretandum est, ut nisi
Episcopo disponente aliis Ecclesiis fuerit assignatum, in
nullo priorum redituum diminutionem patiantur. Unde